



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Instantia Promotorum pro euulgandis decretis, & alijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

mensam ibi propè decenter collocatam reposuit, vt ad præscriptum examinato-ribus, Testibus Synodalibus, ac punctato-ribus super sacris illis reliquiis iuri-standum deferret. & vocati fuerunt ex-aminatores, punctatores, ac testes Synoda-les ad iuriurandum præstandum his verbis.

Decretum de iuriurando.

Examinatores, punctatores, ac testes Synodales in præcedenti sessione promulgati, accedant ad Illustrissimum Archiepiscopum, cui ex præscripta for-mula iuriurandum præstent.

Vos vero testes Synodales, iurate, si deliter vereq; ad nos, aut ad Vicarium nostrum generalem, aut ad visitatores nostros vos interrogantes relatuos, omni remoto affetu & cupiditate, de his, quæ ad honorem Dei pertinet, ac refor-matione indigent, quæ vos indagatione atq; inquisitione adhibita, vel uideritis, vel audieritis in regione uobis, uestra q; charitati, & perscrutacioni commissa.

Tum singuli ordine terni aut quater-ni accedebant, & ex præscripta for-mula super sacris illis reliquiis, quas ipse Illustriss. Domin. suis manibus tenebat, iuriurandum præstabant.

Formula iuriurandi ab examinato-ribus præstanti.

Ego N. examinatoris officium quod suscepisti, promitto, spondeo, ac iuro, me fideliter, & sincere, quantum ih me est, executurum. sic me Deus adiuuet, & ha Sanctorum reliquie.

Formula iuramenti punctatorum.

Ego N. promitto, & iuro, me in offi-cio meo punctatoris obeundo fidem ac diligentiam præstitorum, ad præscri-ptum constitutionum provincialium Mediolanensem, & Tabellæ mihi à Reuerendissimo Archiepiscopo traditæ, vel pro tempore tradenda. sic me Deus adiuuet, & ha sanctorum reliquie.

Formula iuriurandi testiū Synoda-rium habetur in Concil. prouin. 4 p. 179.

Et quoniam ex his, qui constituti sunt testes Synodales, examinatores, & pun-

ctatores, quidam hoc tempore non for-terfuerint, nec vero iuriurandum ex for-mula præscripta præstare poterant, Il-lustrissimus Archiepiscopus censuit hu-ijsmodi iuriurandum multum Reueren-do Domino Vicario Generali præstan-dum esse, hoc promulgato decreto.

Decretum de præstanto iureiurando ab absentibus examinatoribus, pu-nctatoribus, & Testibus.

Qui examinatores, testes synodales, ac punctatores per nos nominati, & deputati sunt, si qui in synodo ex præscripto iuriurandum non præstiterunt, Vica-rio nostro Generali illud præstent.

Deo bene iuuante absolutis omnibus, quæ in hac xj. Synodo agenda erant, vt extremam manum Illustriss. Archiepi-scopos apponeret, ad præscriptum Con-cilij prævincial. 5. monitiones ex eodem Concilio de suggestu legi mandauit.

Premissa ea prefatione, quæ supra ha-betur in Synodo dccc. 7. decr. 8. pag. 77.

Deinde Promotores institerunt pro-eulgandis decretis & aliis.

Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo Pater, & Domine.

Quo diligenter & cumulatior ex-e-cutio sit, & Conciliorum tam pro-prævincialium, quam diœcesanorum, & instructionum ab Illustriss. amplitu-dine vestra editarum, & editorum item Archiepiscopalium, & aliarum consti-tutionum ad huius Ecclesiæ sibi com-missæ bene gerendæ rationem conscrip-tarum & promulgatarum.

Nos N. & N. huius Synodi diœcesa-næ xj. promotores, ab Illustriss. ac Reuerendiss. amplitudine vestra petimus, atque instamus, monita executionis eorum decretorum & aliarum sanctionum Archiepiscopalium è suggestu, vt moris est, per Cancelleriū promulgari, & omnia alia edici, & enunciari, quæcunque in hac Synodo diœcessana xj. pro pru-dentia & charitate sua clero diœcesano præsentí edici & promulgari cōstituit. Quo idem clerus instructior in dies fiat,

ac sollicitudinis studio inflammationis sit, ad omnia Ecclesiastica disciplinae re-
giam cumulatamque executionem per-
petuamque obseruantiam.

Lecta q; sunt monita executionis de-
cretorum de suggestu, quæ habentur in
volumine supra Synodi xj.

His ordine sic absolutis, Illustriss. Ar-
chiepiscopus de more ante quam hic Sy-
nodali conuentus dimitteretur, sequen-
tem Synodum, nempè xij. indicem manda-
uit, prævia instantia promotorum.

Instantia promotorum pro Indictione
futuræ Synodi.

Illustriss. ac Reuerendiss. Pater & Do-
mine in Christo.

Antiquo Canone, & decreto prouin-
ciali, & Synodali item cautum est,
proximam Synodum diœcesanam in se-
fione indici: ideo pro munere nostri ab
Illustrissima amplitudine tua nobis de-
mandati ratione, humiliiter instantius,
& petitus, Synodum diœcesi xij. futurā
in hoc Synodali conuentu, omnibus qui
interesse debent, pronunciari, & indici.

Tum lectum est Decretum Indictio-
nis, ad præscriptam formam.

Decretum de inductione visitationis.

Veteris, & laudatissimi, cum discipli-
næque Ecclesiastice ratione atque
vñ conuenientis instituti illud est, an-
tequam Synodus dimittatur, clero vñi-
uerso qui præsens in Synodo est, aliqua
edici, quæ anniversariis actionibus per-
petuis præstanta sunt: edicimus igitur
omnium & singularum regionum cleri
visitationem, quam omnes, singuliq; vi-
satores nostri in sua quique regione
diligenter obeant, atque adeo præstent
ad præscriptum monitorum, quæ dili-
gentioris executionis causa in hac Sy-
nod. xj. edidimus. Omni igitur studio in
omnes partes ad recte exequendi vñsum
excitato ita se gerant, vt nullam eorum
negligentiam, cuius nobis aliquando ra-
tio reddenda est, animaduertamus; sed
diligentiam præstantissimam, cuius fru-
ctus in omni recta executione constet,

nos in Domino commendemus.

Indicta visitatione, audientia, quam
Synodo absolute Illustrissimus Archi-
episcopus, Vicariis, & aliis diœcesanis
dare solet, indicta est.

Decretum de inductione publicæ au-
dientiæ.

Vicariis foraneis hodie à prandio au-
dientiam indicimus, & iis quoque
omnibus & singulis, qui aliquid habent,
quod nobiscum, aut cum ministris no-
stris agant. Iiis etiam, quibus à visita-
toribus, Præfective scrutinii, & vica-
riis foraneis iussum est ad nos venire.

Demum Illustriss. D. Archiepisco. de
more orationem publicam, quæ in vr-
be, & diœcesi fieri solet, in fine Synodi
indici & promulgari iussit.

Decreti formula habetur supra in Sy-
nodo 7. diœcesi pag. 80.

Cum omnia in hac xj. Synodo agen-
da & tractanda, Diuina auxiliante cle-
mentia ad optatum finem perducta essent,
& cum iam hora esset tarda, vt de more
ritè recteque Synodus dimitteretur, Il-
lustriss. Archiepiscopus suggestum ascé-
dit, & iterum clerum allocutus est.

Absoluto sermone, pulsatione solen-
ni campanarum, inchoata est processio
de more, eundo per ambitum, & extra
Ecclesiam: & dum cleris regionatim &
collegiatim ad processionem diriger-
tur, Tabellarum acclamationum facta
est distributio. Postea vero quam cleris
vniuersus rediit, denuo suis locis conser-
derut, & facto silentio, in oratione men-
tali certis capitibus enunciatis per Re-
ueren. Archidiaconum, Illustriss. D. Ar-
chiepiscopum, & cleris vniuersus, quasi
per horæ dimidium perfliterunt.

Oratio mentalis die 3. Synodi.

I Fratres carissimi: Conuersi ad Do-
minum, puro corde oremus, vt pre-
ces nostras in beneplacito suo exaudire
dignetur. Et quia imperfectum nostrum
quod in Synodi celebritate admisimus,
viderunt oculi Dei; ad miserationis di-
uinæ remedia confugiamus, hocq; pro-
strati precemur, vt ignorantiae nostræ
parcat erratis; & negligentia etiam,

M 4 quam